

pila<sup>(a)</sup> marmorea. regnavit ann. .III. et, se vivente, tradidit imperium<sup>(b)</sup> Zoy, filie sue<sup>(c)</sup>, et Romano, viro suo.

Mense aprilis, die .xi., infirmatus est imperator Romanus<sup>(d)</sup>, in lavatorio<sup>(e)</sup> Blakerne, et sepultus est in monasterio Sancte Marie Triantafelici<sup>(f)</sup>, quod ipse decoravit. regnavit ann. .v. 5

Mense novembris, .xiii. die, defunctus est Michael<sup>(g)</sup>, omni bo-  
nitate repletus, sepultusque est cum monastica<sup>(h)</sup> veste in monasterio  
Sanctorum Anargiri, quod<sup>(i)</sup> ipse hedificavit<sup>(k)</sup> extra imperiale<sup>(l)</sup>  
urbem Constantinopolim, in pila marmorea albi coloris<sup>(m)</sup>. re-  
gnavit ann. .viii. 10

Mense aprilis, .xx. die; dum Michael o Calafatis, nepotem<sup>(n)</sup>  
iamdicti Michaelis, teneret imperium per piissimam Augustam<sup>(o)</sup>  
Zoy<sup>(p)</sup>, que<sup>(q)</sup> etiam et filio in imperium<sup>(r)</sup> constituit, ille iniquus<sup>(s)</sup>  
per diabolicam<sup>(t)</sup> operam<sup>(u)</sup> predicte domine sue<sup>(v)</sup> pro bonis sibi  
mala<sup>(x)</sup> reddidit atque in exilium eam misit in insulam<sup>(y)</sup> Proti. 15  
quod<sup>(z)</sup> ut senserunt omnes maiores, statim, consilio<sup>(aa)</sup> inito cum  
domina Theodora<sup>(bb)</sup> Augusta, sorore<sup>(cc)</sup> ipsius Zoy<sup>(dd)</sup>, et cum  
toto populo ad palacium cum armis pergunt<sup>(ee)</sup>; omnibus portis  
diruptis<sup>(ff)</sup> et maximis diviciis inde ablatis<sup>(gg)</sup>, ille impius pre ti-  
more fugit in monasterium<sup>(hh)</sup> Beati Iohannis Baptiste<sup>(ii)</sup>, et inde, 20  
pro iussione<sup>(kk)</sup> iamdictae Theodore Auguste et Zoy<sup>(ll)</sup>, abstractus  
et cecatus<sup>(mm)</sup> est et cum progenie<sup>(nn)</sup> sua funditus est deletus.  
regnavit mens. .III., dies<sup>(oo)</sup> .xxx. 15

Postea iamdictae Auguste Zoy cum Theodora<sup>(pp)</sup> per consilium  
omni populo miserunt et adduxerunt de exilio Constantinum<sup>(qq)</sup> 25  
monachum<sup>(rr)</sup>, virtute ac nobilitate cum omni decoritate vultus  
et sapientia, et coronatus est cum Zoy<sup>(ss)</sup>. regnavit ann. .xii.,

- (a) *D* pilla      (b) *D* *Va* impium      (c) *D* *Va* Zoi filia sua      (d) *Va* Romano
- (e) *Va* lavatorie      (f) *D* Mauta felici      (g) *S* *Va* *D* Michail      (h) *D* *Va* monachica
- (i) *S* *Va* quam      (k) *Va* edificavit      (l) *Va* imperiali      (m) *Va* colores      (n) *Va* oclu-  
fatis *ed om.* nep.      (o) *Va* piissima Augusta      (p) *D* Zoi      (q) *S* *Va* qui      (r) *Va* im-  
perio *S* *om.* in      (s) *D* inicus      (t) *D* diabolica      (u) *D* *Va* opera      (v) *Va* *S* pre-  
dictam dominam suam      (x) *D* *Va* pro boni (*Va*-bona) mala      (y) *Va* insula      (z) *Va* quo
- (aa) *Va* coscilio      (bb) *D* Theotora      (cc) *Va* soror      (dd) *Va* Coy      (ee) *S* perrexit
- (ff) *D* *Va* erutis      (gg) *S* deablati *e om.* inde *D* *Va* maxima divicia i. ablata      (hh) *D* mo-  
nasterio      (ii) *D* agg. studio *Va* studii      (kk) *D* iusione *Va* iussionem      (ll) *Va* Coy
- (mm) *S* exceccatus *Va* ceccatus      (nn) *S* progenia      (oo) *S* diebus      (pp) *S* *om.* postea-  
Theod.      (qq) *Va* Constantini      (rr) *S* *om.* monachum      (ss) *Va* Coy